



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XIV. De Demonstratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

stantia, Jason *in l. creditori. n. 7. ff. de nov. oper. nunc. Farinac. i. conf. 11. num. 33.*

Limita 1. nisi verba aliquo modo sonent in delictum; nam tunc quia non apparet causa, propter quam quis possit excusari, praesumitur delictum. *Corn. conf. 28. col. fin. vers. Nec obstat. vol. 3. Alex. conf. 74. num. 2. vol. 6.*

Limita 2. quod praesumatur in iis, quae sunt de genere prohibitorum. *l. si non con. vicii. s. C. de injur. l. i. C. unde vi. Joannes de Anania in cap. cum delicti. colum. 3. vers. in gloss. retorqueri. de accusat. & ibi Anchar. col. 2. vers. item per istud capitulum. Wesenb. de bon. eor. qui. num. 3.*

Quod iterum declara procedere in iis, quae prohibita sunt à jure naturali, gentium vel divino, prout est homicidium, furtum & alia, quae cadunt sub illo praecipito: Alterum non laedere. *Decian. in cap. in presentia. nu. 45. de probat. Alciat. de praesumpt. reg. 3. praef. 1. num. 10. Mascard. 2. de probat. conclus. 1103. num. 20. secus in iis, quae prohibita sunt à jure positivo, quando actus ille neminem laedit, aut laedere potest, & si laedit, levis sit laesio. Dec. in c. presentia. n. 55. de prob. Farin. i. conf. 25. in addit. lit. A.]*

XXI.

DELICTUM praesumitur commissum ab eo, cujus commodo cedit. *Bart. in l. fin. num. 5. vers. item quod illa res subtracta. ff. de quest. Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 31. num. 15. Mascard. de probat. conclus. 831. nu. 12. Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. num. 45. Surdus de aliment. tit. 9. quest. 26. num. 119. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proam. num. 161. Farinac. in praxi criminali quest. 176. num. 89. & consil. 60. num. 18.*

XXII.

DELICTUM qui fatetur, ejus petit veniam, *c. exhibit. a 22. de homic. Mascard. de prob. concl. 501. n. 2.*

De delicto in administratione commisso vid. administratio.
An super delicto transigi possit, vid. Transactio.

CAP. XIV.

De Demonstratione.

Axioma I.

Demonstratio vice nominis fungitur. *l. certum 6. de reb. cred. Cujac. lib. 6. Paull. ad Ed. in l. 6. de R. V.*

II.

Quicquid demonstratæ rei adjicitur, satis de-

monstratæ, frustra est. *Ulp. in l. i. in fin. ff. de dot. praeleg. Ludov. Zundt. in resp. pro uxore. n. 179. III.*

Demonstratio falsa non viciat dispositionem. *l. demonstratio 17. ff. de cond. & demonstr. maxime ubi de corpore constat, de quo disponitur, d. l. 17. Bart. in l. si pater. n. C. de hered. instit. per l. si quis fundi vocabulo 4. ff. de legat. 1. Paris. consil. 4. n. 63. in princ. lib. 1. Farinac. i. conf. 95. n. 5. nam si de corpore aliàs non constat, necessaria est demonstratio, & ejus falsitas viciat dispositum. §. 15. l. de legat. l. 75. §. 1. & seq. de leg. 1. l. 9. de hered. instit.*

Limita in demonstratione respiciente conjunctionem vel charitatem sanguinis, in qua error testatoris irritam dispositionem facit, latè *Jas. in l. neque professio. num. 5. vers. Ex secundo dicta. C. de testam. ibique Castr. in princ. Angel. in conf. 93. Visis & inspi. Etis, vers. Non obstat quod falsa. col. pen. Pacian. consil. 1. num. 43.*

Limita 2. Quando falsa demonstratio scienter & consulto est addita. *l. 7. §. 1. de critic. vin. ol. leg. ubi Wes. in parat. n. 2.*

Limita 3. Quando demonstratio falsa est ex parte, non ex toto, tunc enim viciat dispositum tantum ex parte. *text. in l. 5. §. fin. de leg. 1. ubi Raph. Cuman. Alex. de Imol. Nic. Everhard. in loc. à tot. ad part. n. 7.*

IV.

Demonstratio ocularis omnium probationum, post confessionem, est optima. *Burlat. conf. 235. num. 6. vol. 3. Gail. 1. obs. 26. num. 9. Stratic. obs. 13. & 14. Vult. in. Consil. Marp. conf. 30. vol. 2. n. 123.*

V.

Demonstratione falsa rei veritas non immutatur, *l. 5. ubi Obrecht. C. de juris & facti. ignor.*

CAP. XV.

De Denominatione

vid. Appellatum.

Axioma I.

DENOMINATIO semper fit à digniori & potentiori, *l. quicquid 27. §. 2. ff. de acquir. rer. domin. l. queritur 10. ff. de statu bom. l. 1. in princ. ubi Gioffa & Doctores ff. de verb. obligat. Thom. de Thomass. in florib. decis. reg. 2. Gonzal. ad reg. Cancel. §. gloss. 5. §. 7. n. 133. & gloss. 14. n. 66. Joseph. Sesse de inhibit. cap. 1. §. 3. num. 13. Prior enim nominatio majorem dignitatem arguit, Tiraquell. de jure primog. quest. 19. num. 2. [Unde denominari non solent contractus à rebus circa quas versantur, (quia ea plerumque multiples sunt & variae) sed à forma, causis & effectu. Wesenb. in paratit. de verbor. obligat. n. 2. quia forma dat esse rei, l. 9. §. 3. Ad exhib. & quoties ad eundem actum perficiendum jus naturæ seu gentium & jus civile concurrunt, toties reputatur actus esse juris gentium,*